



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 60. Caput VI. De Ministro huius Sacramenti, & absolutione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul.XVI. „Christi fideles confiterentur , quod ju-  
A.C. 1551. „re divino necessarium , & institutum  
„esse intellexerat , sed ut præceptum  
„confessionis , faltem semel in anno , ab  
„omnibus , & singulis , cum ad annos  
„discretionis pervenissent , impleretur:  
„Unde jam in universa Ecclesia , cum  
„ingenti animarum fructu observatur  
„mos ille salutaris confitendi sacro il-  
„lo , & maxime acceptabili tempore  
„Quadragesimæ : quem morem hæc  
„Sancta Synodus maxime probat , &  
„amplectitur tanquam pium & merito  
„retinendum.

§. LX.  
C A P U T VI.  
*De Ministro hujus Sacramentii , &  
absolutione,*

„Circa Ministrum autem hujus Sacra-  
„menti declarat Sancta Synodus  
„falsas esse , & a veritate Evangelii pe-  
„nitus alienas doctrinas omnes , qua-  
„ad alios quosvis homines , præter E-  
„piscopos & Sacerdotes , clavium mi-  
„nisterium perniciose extendunt , pu-  
„tantes

Præside ipso Papa Innocentio III. celebris Ca-  
non , qui incipit *omnis utriusque sexus con-*  
*debatur , quapropter Minister Aliacus Eccle-*  
*siae Catholicæ confessionem nequiter appellat*  
*Confessionem Innocentianam.*

„tantes, verba illa Domini , quæcunque Sæcul. XVI.  
 „alligaveritis super terram , erunt alligata A.C.1551.  
 „Et in cælo : Et quæcunque solveritis super  
 „terram , erunt soluta Et in cælo. Et quo-  
 „rum remiseritis peccata , remittuntur eis,  
 „Et quorum retinueritis , retenta sunt , ad  
 „omnes Christi fideles indifferenter , &  
 „promiscue , contra institutionem hu-  
 „jus Sacramenti , ita fuisse dicta , ut  
 „quivis potestatem habeat remittendi  
 „peccata , publica quidem per corre-  
 „ptionem , si correptus acquieverit , se-  
 „creta vero per spontaneam confessio-  
 „nem cuicunque factam. Docet quoque,  
 „etiam Sacerdotes , qui peccato mor-  
 „tali tenentur , per virtutem Spiritus  
 „Sancti in Ordinatione collatam , tan-  
 „quam Christi ministros functionem re-  
 „mittendi peccata exercere , eosque  
 „prave sentire , qui in malis Sacerdo-  
 „tibus hanc potestatem non esse con-  
 „tendunt : quamvis autem absolutio Sa-  
 „cerdotis alieni beneficii sit dispensatio,  
 „tamen non est solum nudum ministe-  
 „rium , vel annuntiandi Evangelium ,  
 „vel declarandi remissa esse peccata ,  
 „sed ad instar actus judicialis , quo ab  
 „ipso , velut a Judice , sententia pro-  
 „nuntiatur , atque ideo non debet pœ-  
 „nitens adeo sibi de ipsius fide blandiri ,  
 „ut etiamsi nulla illi adsit contritio , aut  
 „Sacerdoti animus serio agendi , & ve-

H 4

„re

Sæcul. XVI., re absolvendi desit, putet tamen se  
A.C. 1551. „propter suam solam fidem, vere, &  
 „coram Deo esse absolutum, nec enim  
 „fides sine pœnitentia remissionem ul-  
 „lam peccatorum præstaret; nec is ei-  
 „set nisi salutis suæ negligentissimus,  
 „qui Sacerdotem jocose absolventer  
 „cognosceret, & non alium serio agen-  
 „tem sedulo requireret.

*Pallav. l. 12. c. 10. n. 34.* *Ex posterioribus hisce verbis*, ut ob-  
 servat Pallavicinus, *coniicere potest,*  
*quisquis ea legerit*, haud esse expunctam  
 sententiam Catharini, aliorumque Theo-  
 logorum, opinantium, Sacramento,  
 ut ratum sit, sufficere in Ministro vo-  
 luntatem serio agendi, & obesse tan-  
 tummodo jocum, quem Sacramentum  
 suscipiens cognoscere possit.

§. LXI.  
 C A P U T VII.  
*De casibus reservatis.*

„Quoniam igitur natura, & ratio ju-  
 „dicii illud exposcit, ut Sententia  
 „in subditos duntaxat feratur; per sua-  
 „sum semper in Ecclesia Deifuit, & ve-  
 „rissimum esse Synodus hæc confirmat,  
 „nullius momenti absolutionem eam  
 „esse debere, quam Sacerdos in eum  
 „profert, in quem ordinariam, aut  
 „subdelegatam non habet jurisdictio-  
 „nem